



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 90. Recentes copiæ utrinque toto studio collectæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæc XVI.
A C 1566

cum recentibus, quas adduxerant copiis prodibant, ut factionis suæ honorem repararent, cum autem hostem, quo cum dimicarent, non offenderent, Capellam Pagum incenderunt, atque Andelotus usque ad primum Parisini suburbii munimentum progressus fuit, ubi nemine obstante cum toto suo peditatu nonnisi molatrinæ, quæ sola ei restiterat, vim admoveri jubet: illam vero ampla fossa cinctam Guerrerius Parisinus strenuus Ordinum Ductor tuebatur, qui cum exiguo admodum suorum numero aggressores repulit, atque Andelotum fugere compulit, qui tamen inde sub tubarum sonitu recedebat, perinde acsi victoriam reportasset.

§. XC.
Recentes copiæ utrinque toto studio collectæ.

La Pov. hist de Franc. l. 12. Davila l. 4. Thuan. l. 42. Interea ambæ partes in omnibus Provinciis pro suo quisque exercitu militari conscribere, ac belli vel maxime cruenti classicum canere fatagebant, & quidem Rex suppetias ab Italîs, atque Hispanis sollicitabat, & rebelles ab Anglis opem quærebant, ab utraque autem parte Germani ad ferenda auxilia urgebantur: verum Elisabetha petitam opem ferre recusabat, caussata paucem non ita pridem cum Gallis initam;

in-

Sæcul.XVI.
A. C. 1567.

insuper querebatur de Calvinistis, quod
ipſi, quamvis illos pecuniis, ac milite
in primis tumultibus juviffet, Anglos
tamen, quorum ope rebus suis utiliter
prospexerant, defeuiffent, imo etiam
in obsidione Portus - Gratiae aduersus
eos dimicaffent. Interim Rex Bocha-
telum Rhedonum Episcopum ad Princi-
pes Germanos ablegabat, ut eorum
quosdam ad milites suppeditandos in-
duceret, alios vero a suppetiis in rebel-
lium subditorum favorem ferendis
dehortaretur, ipſisque exponeret, quod
in præsentibus turbis Franciam agitan-
tibus non propugnaretur religionis cau-
fa, cum sua Protestantibus libertas con-
staret, nec eorum conscientiis ulla vis
inferretur, adeo, ut bona, honores,
integraque omnia eis manerent, hinc
duntaxat ageretur de seditione, quam
ex regiis subditis quidam excitarunt,
quorum malitia eo temeritatis devenit,
ut in ipsam sacratam Majestatis suæ per-
sonam manus injicere pararent, imo,
& Regem a Meldensi urbe Parisios us-
que armis infequi, ipsumque in sua Me-
tropoli cinctum tenere ausi fuiffent. Ce-
terum Badensis Marchio quatuor equi-
tum millia Regi pollicebatur, Saxo-
niæ vero Dux, & Marchio Brandebur-
gicus, necnon Hassiæ Landgravius con-
tra Franciæ Regem antiquo fœdere eis

jun-

Sæcul. XVI. junctum milites conscribere prohibue-
A.C. 1567. runt.

§. XCI.

*Condæus Princeps Monasteriolum
secedens.*

Thuan. l. c. Postmodum Condæus Princeps, cum
Mem. de Ca- se in urbe, ubi morabatur, unacum
stelln. l. 6. suis obsideri pertimesceret, cum exer-
c. 8. citu suo Monasteriolum quarta post pu-
gnam die secessit, datusque literis Cal-
vinistas, qui adhuc Pictavii, Engolis-
mæ, & apud Santones hærebant, mo-
nuit, ut prompte in aciem copias suas
educerent, & quascunque possent, ur-
bes occuparent. Jam priori Mense Fe-
bruario Rupellam ceperant, eoquod
Franciscus Putardus Truchares recens
electus hujus urbis Rector hæreticis ad-
dictus Santerminio, qui se Condæi Prin-
cipis Legatum dicebat, portam ape-
ruisset: insuper sub idem tempus Con-
dæus Princeps validas suppetias a Pa-
latino Rheni Comite acceperat, nec-
minus Aquitani, Engolismenses, San-
tones, & Pictavienes Condæi iussis
fideliter obtemperantes intra breve tem-
pus numerosum contraxerunt exerci-
tum, quo recens militia a Protestantibi-
bus conscripta in Delphinatu, Occida-
nia, Borbonia, Alverniis, Fori, & alibi
augebatur.

Al.